

bobus institui solet: quando haud vnquam eò temeritatis euadit Chymicus, vt quouis loco vel tēpore, quauis substantia vel qualitate oblatū simplex remedium, medicæ præparationi accommodatum sibi persuadeat. Ipsa vero in vniuersum materia, diuersitatem aliquā præ se ferre videtur. At cū reuera nulla sit, vt ostendemus, liquido patebit, omnem prætextum legitimi discriminis, quo à Dogmaticorum orbita deflestat Chymia, reuera nullum esse.

*talis idē est
Chymico,
& Medico.*

Materia ergo Chymix, Medicamentum est simplex, ἡ καὶ πλὴν ἑαυτῆς φύσιν ἔχον ἐπιλεξιμῶς, quod secundum suam ipsius naturam sincerè habet: nullo scilicet artis molimine, quauis ratione immutatum. Medicamentum dicimus: id nimirum, quod possit medico sanitatis vel conseruandæ vel restituendæ consilio prodesse: vt, si quid aliter sit comparatum, nequaquam huc pertineat. Illius ergo materiæ vice, Chymia, vel simplicia corpora sibi constituit, Elementa: vel mixta, tum imperfecta, Rorem, Niuem, Grandinem: tum perfecta, partim inanima, Metalla, Saxa: partim animata,

*Gal. i. simp.
i et s. simp.*

Medicamentum simplex materia Chymix.

B 2 ve-